



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Artic. III. Quomodo S. Scriptura suffulciat fidem de immaculata
Conceptione SS. Virginis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

Coram vā-
riis tribu-
nalibus agi-
tatur causa,
concernens
Conceptio-
nem San-
ctissimæ
Virginis.

ædificaverat sapientia divina, sen-
tiebat ex parte suâ accensum sibi
in animo zelum pro justissimâ
ipsius defensione. Age inquit
bat illi, deducam te ante cuncta
tribunalia & æquissima, & nulli
prosus corruptioni obnoxia, &
perdes coram omnibus, tuâque

causâ cades. Hæc tribunalia erunt
illud Sacræ Scripturæ, illud Con-
cilioem, illud summorum Pon-
tificum, illud Sanctorum Patrum,
& illud ipsius rationis: Veni &
ubivis accipe tuæ sententiam
condemnationis.

* * *

ARGUMENTUM.

*Quomodo Sacra Scriptura sufficiat fidem de Im-
maculatâ Conceptione Sanctissimæ Virginis.*

ARTICULUS III.

Conveniamus, Sacram Scri-
pturam nullibi dicere ver-
bis manifestis, nec, quod
sanctissima Virgo sit præservata, nec
quod sit maculata in Conceptio-
ne suâ peccato originali: Omnia
namque testimonia, quæ trahi pos-
sunt è Scripturâ, non concludent
nisi per necessarias consequentias,
vel explanationem Sanctorum Do-
ctorum, qui Patres sunt Ecclesiæ.

Sustineo, inquit Jolanus, quod
Scriptura verbis sat manifestis di-
cat Sanctam Virginem Conceptam
esse in peccato originali, sicut alij
omnes filii Adæ, quando regu-
lam statuit universalem, à quâ
nullus excipitur: *In Adam omnes
moriuntur.* Ecce legem commu-
nem, quæ nullam omnino admit-
tit exceptionem: oportet ergo
Sanctam Virginem, quæ filia est
Adæ, subire hanc, sicut cæteri
omnes.

Regulæ

Non benè concludis, opponit

illi Raphaël meus: Siquidem ex
regulâ hâc universali, trahenda
est consequentia prorsus contraria:
Est lex communis, ut omnes filii
Adæ maculentur in Conceptione
suâ peccato primi parentis sui; San-
ctissima igitur Virgo sub hâc non

comprehenditur. Quare? quia
privilegium est Matris DEI, non
subjici quasi legum universalium
ulli, quæ se extendunt ad omnes
filios Adæ. Exempli gratiâ; lex
est communis, ut omnes Matres
desinant esse Virgines, quando
sunt Matres; Sanctissima Virgo
inde exempta est; nam ipsa est
Mater Virgo, quæ nihil amisit in
tegritatis suæ Virginalis; quando
peperit Filium Unigenitum DEI,
sed magis perfecit illam. Lex est
communis, ut omnes fœminæ
suos concipiant fœtus è complexu
alterius sexûs; Sanctissima Virgo
inde fuit exempla, & unicum
suum concepit Filium ex opera-
tione

universales
Scripturæ
quæ obli-
gant pecca-
tores, non
concernunt
Matrem
DEI.

1. Cor. 15.

Genes. 3.
v. 16.

tione Spiritûs Sancti. Lex est communis, ut omnes Matres partiant cum dolore: *In dolore paries*; Sanctissima Virgo inde fuit exempta: nam S. Thomas clarè affirmat, ipsam nullum sensisse dolorem, sed maximo delibutam esse gaudio, quando divinum suum peperit Filium; Verba ipsius sunt: *In partu Virginis nullus fuit dolor, sed maxima jucunditas.* Lex est communis, ut omnes filii Adæ subiaceant & subdantur peccato cuidam actuali; *Non est homo, qui non peccat*: Sanctissima Virgo non constringitur hac lege; siquidem communis fides est Ecclesiæ & decisio Concilii Tridentini, quòd ipsa commiserit nunquam toto cursu vitæ suæ peccatum aliquod actuale. Est lex communis, ut corpora hominum redigantur in pulverem post mortem suam; *Pulvis es, & in pulverem revertèris*: Sanctissima Virgo non subiit rigorosam hanc legem; sed post mortem suam cum Corpore ipsius per tres dies mansisset in sepulchro exemplo Unigeniti Filii sui resuscitata est, & Corpore ac animâ simul cum júbilo recepta in cælum in die Assumptionis suæ: Hic universalis est sensus totius Ecclesiæ.

D. Thom.
3. p. q. 35.
a. 6.

In partu Virginis nullus fuit dolor, sed maxima jucunditas. Lex est communis, ut omnes filii Adæ subiaceant & subdantur peccato cuidam actuali; *Non est homo, qui non peccat*: Sanctissima Virgo non constringitur hac lege; siquidem communis fides est Ecclesiæ & decisio Concilii Tridentini, quòd ipsa commiserit nunquam toto cursu vitæ suæ peccatum aliquod actuale. Est lex communis, ut corpora hominum redigantur in pulverem post mortem suam; *Pulvis es, & in pulverem revertèris*: Sanctissima Virgo non subiit rigorosam hanc legem; sed post mortem suam cum Corpore ipsius per tres dies mansisset in sepulchro exemplo Unigeniti Filii sui resuscitata est, & Corpore ac animâ simul cum júbilo recepta in cælum in die Assumptionis suæ: Hic universalis est sensus totius Ecclesiæ.

3. Reg. c. 8.
v. 46.

Non peccat: Sanctissima Virgo non constringitur hac lege; siquidem communis fides est Ecclesiæ & decisio Concilii Tridentini, quòd ipsa commiserit nunquam toto cursu vitæ suæ peccatum aliquod actuale. Est lex communis, ut corpora hominum redigantur in pulverem post mortem suam; *Pulvis es, & in pulverem revertèris*: Sanctissima Virgo non subiit rigorosam hanc legem; sed post mortem suam cum Corpore ipsius per tres dies mansisset in sepulchro exemplo Unigeniti Filii sui resuscitata est, & Corpore ac animâ simul cum júbilo recepta in cælum in die Assumptionis suæ: Hic universalis est sensus totius Ecclesiæ.

Gen. 3. v.
19.

Pulvis es, & in pulverem revertèris: Sanctissima Virgo non subiit rigorosam hanc legem; sed post mortem suam cum Corpore ipsius per tres dies mansisset in sepulchro exemplo Unigeniti Filii sui resuscitata est, & Corpore ac animâ simul cum júbilo recepta in cælum in die Assumptionis suæ: Hic universalis est sensus totius Ecclesiæ.

Plures leges
universales,
à quibus
SS. Virgo
exempta
fuit, pro-

Quot & quantas aspicias leges, quæ involvunt ceteros filios Adæ, à quibus Sanctissima Virgo immunis ac libera fuit, quin monstrari possint verba expressa in sa-

cro codice, quæ nobis hanc insinuent exemptionem & immunitatem; & tamen verus Catholicus non est, qui conscientiam sibi non ducat, de illâ dubitare. Cur igitur concedis. Illi omnia hæc privilegia, vi quorum à lege eximitur communi? Ideò, respondit Jolanus, quia dona sunt jure æquissimo ipsi debita ob incomparabilem dignitatem Matris DEI, & nimis indecorum videretur, si ipsa cunctis hæc subderetur legibus. Optimè dictum: Sed nonne vides, nihil magis congruere dignitati Matris DEI, quàm perfectissimam innocentiam, & absque comparatione majorem esse indecentiam, dicere, quòd anima ipsius corrupta fuerit à peccato, quòd infinitæ abominationis est, quàm dicere, quòd corpus ipsius corruptum & corrosum fuerit à vermibus, creaturis protus innocentibus; majorem esse indecentiam, dicere, quòd Concepta fuerit in maledictione peccati originalis, quàm dicere, quòd unicum suum conceperit Filium, usitatâ aliarum Matrum viâ, quæ omnino nil arguit malitiæ: majorem esse indecentiam, dicere, quòd sanctissima ipsius anima non semper permanserit Virgo, per exemptionem ab omni genere peccati originalis vel actualis, quàm dicere, quòd Corpus ipsius semper Virgo non permanserit, sicut ante, ita post partum suum. Fatere igitur,

buor, ipse
quoque
lege peccati
originali
exempta
fuisse.

liber
v. 19.

Si Affe
eximit
herem
ge com
mi, qu
magis
SUS Ch
stus M
stem lu

igitur, quòd si lex universalis sit, à quâ dignitas Matris DEI debuit esse immunis, præcipuè sit, ab illa peccati originalis, quòd universaliter commaculat omnes filios Adæ.

quàm omnes cæteras creaturas suas; an igitur tantum in ipsam posset exercere rigorem? Neutiquam sanè aspirere ipsam posset velut iracundiæ suæ objectum in Conceptione suâ, sicut omnes alios Adæ filios. Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

Quando video in Scripturâ Reginam Esther timore ac tremore percussam, præ infirmitate humiliantem, detelictam viribus, & pauore quasi exanimatum coram throno Assueri, qui universalem mortis sententiam fulminaverat adversus omnem Judæorum nationem, quorum erat filia: cùmque universalis hæc lex involvere ipsam videretur communi cæterorum omnium miseriam, intuens Regem, qui illam amabat, descendere de throno suo, suis ipsam amplexari brachiis, ut à deliquio revocaret ipsam, verbis suavissimis & omni benevolentiam plenis ipsi ab blandiri: *Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metueri; non morieris; non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est;* dico intra memetipsum, an possibile sit, habere Assuerum plus vel potestatis vel bonitatis ad eximendum aliquam, quàm deperibat, principem sceminam ab universali lege omnes Judæos ad mortem condemnante, quàm habeat JESUS Christus ad eximendum Sanctissimam Matrem suam ab universali lege omnium filiorum Adæ? Hoc sanè excedit captum meum: ipsam solam plus ipse amabat,

Hæc omnia me non conviunt, reponit Jolanus, majori accensus indignatione: Si enim verum esset, ipsam exemptam fuisse à rigorosâ hæc lege, quæ universaliter occidit omnes filios Adæ in instanti, quo incipiunt vivere, quòdque iis omnibus è Matris suæ utero præparat tumulam; quando etiam concederem, exemptionem hanc reipsâ satis congruam esse dignitati Matris DEI, allegarem tibi mox aliam legem universalem, à quâ eximere ipsam omninò non posses: Et est, quòd Sanctus Paulus dixit, JESUM Christum mortuum esse pro omnibus; & ex quo aptissimè ipse concludit: *Ergò omnes mortui sunt; & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.* An dicas, quòd Sanctissima Virgo exempta sit ab hæc lege? quòd JESUS Christus non sit mortuus pro illâ? quòd ipsa non sit obligata vivere ipsi soli? quòd non redemerit ipsam pretiosissimo suo sanguine? & quare redemit ipsam nisi quia fuit mancipium peccati!

Discursus
S. Pauli
1. Cor. 7.
14. & 15.

N Quare

Esther 7.

Si Assuerus
eximit Est-
herem à le-
ge commu-
ni, quanto
magis JE-
SUS Chri-
stus Ma-
trem suam.

Et P. Lucas Consultat, Tom. III.

Quare salvavit ipsam, moriendo pro ipsâ, nisi quia perdita erat cum cæteris omnibus filiis Adæ? quid mihi ad hoc respondere poteris!

Dicam tibi, replicuit Raphaël meus, & tantâ cum energiâ, ut prostraverit alterum. Nunquam pura aliqua creatura tam abundanter participavit ex beneficio Passionis & mortis JESU Christi, sicut Sanctissima Virgo; nec ulla unquam tam copiosè, tamque excellenter redempta est pretioso ipsius sanguine; nec unquam ulla ita obligata fuit vivere illi soli; sed nec ulla unquam tam fideliter, tamque perfectè se ipsius devovit servitio. Verùm si ex hoc concludere velis; ergò ipsa mortua fuerat per peccatum, ergo fuerat mancipium diaboli & obnoxia culpæ. plurimum deciperis; prorsus enim contrarium inde deducendum est. Ipsa abundantius cæteris omnibus locupletata est gratiis redemptionis; igitur hæc gratiæ non solum liberarunt ipsam à peccato, qui est favor cæteris omnibus exhibitus, sed à peccato ipsam præservarunt, quòd est multò plus: Filius ipsius redemit ipsam excellentius, quàm cæteros omnes; ergò hoc non fecit solummodò eripiendo ipsam è servitute diaboli, sicut omnes alios, sed custodiendo, ne caderet unquam in illam momento vel unico: JESUS Christus nobiliori quâdam ratione

Sanctissima Virgo magis sit particeps Redemptionis JESU Christi, quàm cæteri omnes Filii Adæ, ergò nullius particeps est peccati.

salvavit ipsam, quàm cæteros Adæ filios: ergò passus non est, ut periret ipsa in universali naufragio mundi, quod cæteros involvit omnes, sed fecit, ut hæc salutis arca cunctis supernataret aquis diluvii; aliàs in quo majoribus, quàm cæterorum vulgus hominum, fuisset d' tata privilegiis?

Dicis aliquid, fatetur Jolanus; potest quidem ratione quâdam hic scripturæ textus explicari in favorem illius: nihilominus id mihi prærogativæ est, quòd allegare mihi non possis textum aliquem, qui dicat, Conceptionem ipsius fuisse Immaculatam. Quid inquis? non ergò legisti, quod exaratum est in principio Geneseos, quando dixit DEUS antiquo illi serpenti, qui nostros seduxerat protoparentes, vel potius damoni sub serpentis figurâ latitanti: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem; tu insidiaberis calcaneo ejus, ipsa conteret caput tuum.* Fateor hunc textum non clarè dicere, quòd Sanctissima Virgo fuerit præservata à peccato originali in Conceptione suâ, dicit tamen id obscure: Et sic omnes Scripturæ veteris Testamenti, quæ figurativæ sunt, involvunt omnes veritates novi, quas obscure nobis annuntiant. Ad quem spectat illas nobis exponere & evidentius declarare? Ad Doctores & Sanctos Ecclesiæ Patres recurrendum est, ut verum illarum sensum inquirat.

Cant. 4

Gen. 3

Scripturæ facis el dicie, culam esse in Sanctissimâ Virginis

Muller de peccato originali exempto Epiphanius lib. 4. de hæresibus

quiramus. S. Ambrosius, S. Gregorius, S. Augustinus, S. Epiphanius Abbas Rupertus, & plures alii omnes dicunt, mulierem hanc esse Sanctissimam Virginem, caput serpentis, quod contrivit, esse peccatum originale, quod primum intrat, sicut caput serpentis primum est, quod ubivis se insinuat, quòcunque is vadit: Ecce tibi verum sensum juxta interpretationem Sanctorum Patrum, quem Spiritus Sanctus abscondere voluit sub caligine horum verborum, quique sat clarè affirmat, Sanctissimam Virginem triumphasse de peccato originali, ipsiusque conceptionem fuisse Immaculatam.

aliquam aduffit animam; nunquam non illius remanet cicatrix, & in æternum verum erit, ipsam in instanti quodam fuisse inimicam DEI. O probrum! ô dedecus! Hinc est, quòd Auctor quidam admodum antiquus dixerit, Sanctissimam Virginem potius electuram fuisse, ut ageretur in infernum, quàm permissuram, ut unico Sandaxat momento involueretur peccato originali; quodque maluisset annihilari, quàm per aliquam noxam fieri inimicam DEI. Eheu! quàm exilem cognitionem habemus infiniti horroris, quo prosequi debemus peccatum minimum, dum illud tam leviter committimus!

Ludovicus de Turre Tract. de Concept. Virginis.

Cant. 4.

Si sacrum legas Epithalamium, invenies ibi hæc Spiritus Sancti verba: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*: Ad quem diriguntur illa? de quo loquuntur? non possunt dici de Ecclesiâ, quæ appellatur Spiritus Sancti sponsa; eòquòd ipsa suas habeat maculas, sua peccata, pro quibus indes offert penitentiarum lacrymas DEO, ipsiusque expostulat misericordiam. Non igitur esse potest, nisi Sanctissima Virgo, quam Spiritus Sanctus per antonomasiam, suam nuncupat amicam. Sed quomodò diceret, quòd tota sit pulchra, nullaque in ipsâ sit macula, si coinquinata fuisset peccato originali; quando enim semel ipsius hinc infernalis

Vis ulterius auscultare Scripturam, lege Psalmum octogesimum quartum; ibi mysteriosa hæc invenies verba: *Benedixisti Domine terram tuam* (vivam hanc terram, è quâ formatus es in secundâ tuâ generatione, sicut dicit Isaias Prophetâ) *& avertisti captivitatem Jacob*. Ubi adverte benè, non dicere ipsum, quòd liberaverit eam à captivitate, sed quòd hanc ab eâ averterit.

Psalm. 84.

Isaiâ 53.

Lege octavum Caput Proverbiorum, unde Ecclesia hæc desumpsit verba, quæ Sanctissimæ applicavit Virgini: *Dominus posedit me ab initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio*. Quando Dominus, id est, DEUS Creator, accinxit se viæ &

Proverb. 8.

N 2 decre.

Scriptura facis clarè dicit, maculam non esse in Sanctissima Virgine.

DEUS prof-
fedit San-
ctissimam
Virginem
ab initio
viarum
suarum;
ergo non
quam fuit
mancipium
peccati,

decrevit communicare se extra
seipsum creaturis suis, à quâ fecit
initium, nisi ab omnium nobilif-
simâ? quam sibi proposuit om-
nium primam, cum sit Sapientia
infinita, quæ primatum dare no-
vit juxta merita? Ab initio po-
suit sibi ob oculos JESUM Chri-
stum, operum suorum Extra se
nobilissimum; & exin Sanctissi-
mam Virginem Matrem ejus, ve-
lut omnium dignissimam post
ipsum Ecce quomodo possederit
ipsum statim ab initio. Nondum
erat nec Adam nec Eva, nec pec-
catum originale: siquidem crea-
tus non est primus Adam, nisi ut
produceretur suo tempore Adam
secundus, & Eva secunda, San-
ctissima Mater ipsius: ambo jam
concepti erant, omninò pleni
innocentiâ & sanctitate in decre-
to æterno DEI; & quod Concep-
tum jam erat ab æterno, execu-
tus est illud in medio temporum.

Posses mihi, interpellat Jola-
nus, hæc ratione citare centenos
textus scripturæ, qui nihil tamen
probarent, utpote non clarè lo-
quentes de Sanctâ Virgine, quous-
que non accipis in sensu literali,
qui robur dat & auctoritatem ar-
ticulis nostræ fidei. Verum est,
reponit Viator, quòd efficaciter
non concludatur ex sensu mystico
Sacræ Scripturæ, nisi certi simus,
esse illam, quem Spiritus Sanctus
declarare nobis voluit; siquidem
non ignoras, esse textus, quibus

nullus omninò est sensus literalis;
quòsque necessariò accipere oportet
in sensu mystico, ut bene in-
telligantur. Exempli gratiâ, quan-
do Evangelium nobis dicit: Si *Matth.*
oculus tuus scandalizat te, erue *v. 29.*
eum, & projice abs te. Novimus
benè Spiritum Sanctum non in-
tendisse, ut nostros erueremus ocu-
los è corpore nostro, qui sensus
esset literalis, sed voluisse, ut su-
merentur hæc verba in sensu my-
stico. Si quis dirigit tuum animum,
sicut oculus dirigit tuum corpus,
& mala tibi consilia, separa te ab
illo. Sic plures textus Sacræ Scri-
pturæ, quos Ecclesia applicat San-
ctissimæ Virgini ad indagandam
vel Conceptionem ipsius Immacu-
latam, vel divinam ipsius mater-
nitatem, vel aliam quandam il-
lius prærogativam, quamvis for-
tasse in sensu literali verificari non
possint; consonat tamen veritati
in sensu mystico, intelligendo
ipsos de Sanctissimâ Virgine; &
novimus, huic verum esse sen-
sum, quem Sanctus intendit Spi-
ritus in his verbis, quando ita ex-
plicantur nobis à Sanctis Patribus.
Probè video, inquit Jolanus,
me nunquam obtenturum causam
coram tribunali Sacræ Scripturæ;
provoco ad illud Conciliorum,
quæ clarè loquentur nobis; pla-
cet id equidem, respondit alter,
cum certus sum, te & ibi fore
condemnandum.

* *
*

ARGU.